quem ante obitum ~~domino~~ Cunoni de Falkensteyn de archi-
episcopatu provisum est anno Domini 1362 quia prius ~~[illegible]~~ fuit
dicti Bohemundi quinque annis adiutor. Obiit autem Cuno
in Welunch vicesima prima die Maii anno Domini 1388
in Confluentia ad sanctum Castorem sepultus.
Eodem anno scilicet 1388 provisum est domino Wernhero
de archiepiscopatu in castro Confluentino 3. Nonas Aprilis.

De obsidione Wesalie

Wesaliam circuit Wernherus Gregorius scit.
Obiit autem Wernherus quarta Octobris unus ~~[illegible]~~ (!) anno 1418.
Presul Wernherus quod obiit dicit tibi Versus
Annis triginta Treverenses rexit et ultra
Annum per medium Deus hunc fac scandere ~~[illegible]~~ celum
Item octo diebus vacavit sedes.
Nota de magna nive anno preterito scilicet 17°.
Respice mille decem CCCC quoque septem
Remigii festo cecidit nix en memor esto
Que mox evanuit Dyonisius hanc renovavit.

Sequuntur gesta Ottonis archiepiscopi Tre-
verensis. Et primo de eius electione

Hic luce Lubenti celebratur electio rite
Otto prepositus qui de Zegenhan[a] oriundus
Hic a canonicis electus consociatis[b]
Cereis accensis plorans impositus aris
Ac omni populo datur hic pro principe ~~[illegible]~~ vero
Gignunt[c] canonici pastorem sic sibi iuncti
Hic pastor quod sit Otto Lubentius inquit
Cum numero ~~[illegible]~~ primum cum sensu cape secundum.

De eius consecracione

Consecrat Ottonem Verdunensis Treverensem
In die Gregorii cum presule Wormaciensi
Anno milleno ~~et~~ quater novem quoque ~~[illegible]~~ deno

De expulsione Iudeorum

Decembris luce quod fit penultima cerne
Presulis Ottonis precepto capitur[d] omnis
Iudeus totam per dyocesim Treverensem

De eius introductione

Bis novem comites tres de Bavaria duces
Adest Spirensis ac presul Colon~~Worma~~iensis
Intrant Letare mane cum domino Treverensi
Urbem Trevericam missam celebratque devotam
Hunc civitas digna suscepit laude benigna.

De processione in die palmarum

Item eodem anno in[e] die Palmarum continuavit in propria
personam illam antiquam processionem sive stationem ad sanctum
Paulinum ut moris fuit[f] cum suis prelatis[g] infulatis ac cum[h]
omnibus ordinibus infra et extra civitatem ubi eciam statione
peracta in sua cathedrali ecclesia personaliter summam
missam[i] celebravit.
Item anno Domini 1420 floruit vinea totaliter in Mayo et
[illegible] collecte fuerunt hoc anno per totam Mosellam
[illegible] ex [illegible] Versus.
Anno millesimo[k] quater C [illegible] viceno
[illegible]

Margin notes:

Item eodem ~~[illegible]~~ isto tempore reformavit monasterium sancti Mathie et posuit ibidem dominum Iohannem Rode abbatem anno etc 19.

[illegible] 3. J. in 1278 [illegible] Gesta
a) Zegenhain 1278.
b) consociatus c.
c) Gignunt c.
~~[illegible] 1278.~~
1278. 2
1278. 1
d) capitur 1278
[illegible] 1462 [illegible] de c. eius [illegible]
expulsione Iudeorum per dyocesim, [illegible]
e) in d. p. deerit 1278.
f) est et fuit 1278.
g) i. p. 1278
h) simul et 1278
i) Deest 1278
k) [illegible] c. 1278.